



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

89. An Cardinales in testamentis gaudeant priuilegio Militum? Ex p. 5.
tract. 2. res. 51.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

simili, & in Societate Iesu Professi emittunt votum, quo promittunt se obedientia Pontificis coactos ad Episcopatum admittendum non drectaturos audire consilium generalis Societatis, vel eius, quem ad id substituerit. Et affirmatiuam sententiam docet Vasquez in 1.2. dispu. 165. cap. 8. num. 89. in fine, & quoad Episcopos docet Laurentius de Peyrinis in priu. Minim. tom. 3. cap. 14. nu. 3. ergo idem dicendum est de Cardinalibus.

2. Sed ego contrariam sententiam probabilem esse puto, quam tuerit Sanchez in summa tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 34. iuncto num. 15. quia ad ista vota non tenentur Religiosi ad Episcopatum assumpti; ergo neque ad Cardinalatum promoti. Vide me ipsum in tract. M. c. vbi hanc sententiam contra Peyrinum quoad Episcopos tenui, & nunc idem quoad Cardinales sentio, quos ex Minimorum Ordine assumptos probabiliter puto statim esse solutos à voto vita quadrigesimalis.

RESOL. LXXXVI.

An Cardinales Religiosi, si deponant habitum sua Religionis, incurvant excommunicationem? Idem inferunt de Episcopis Religiosis? Ex part. 5. tr. 2. Ref. 66.

§.1. Respondeo Cardinales teneri portare habitum sua Religionis, ut ex multis tenet Suarez de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 19. num. 4. & Pacianus vol. 1. conf. 132. num. 39. & 40. Difficultas est, an si illum dimicant, incurvant excommunicationem latam in cap. ne Clerici, vel Monachi in 6. & videtur affirmatiuē respondendum ex principio sapientis dicto, quia Episcopi id facientes in excommunicationem incurserent, vt tradit Riminaldus vol. 1. conf. 6. nu. 7. Pacianus vbi supra num. 42. Maiolus de irregularib. 2. cap. 1. ver. 1. 13. Surdus de alimento sit. 8 prouileg. 79. num. 10. & 11. aliij. Ergo idem dicendum est de Cardinalibus.

2. Sed ego contrarie sententia adhaero, quam docet Sanchez in summa tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 34. iuncto v. 16. & Barbosa de iure Eccles. lib. 1. cap. 3. n. 25. & in fine. Lezanai q. canon. cap. 17. n. 9. quia Religiosi Episcopi id facientes non incurvunt in excommunicationem; ergo neque Cardinales; quod Episcopi vero habitum sua Religionis deponentes non incurvant dictam excommunicationem, probatur, quia nullo iure est excommunicatione iudicata Monacho, qui praetextu Episcopalis dignitatis habitum dimittit, & Episcopalem induit, quia textus ille excommunicans clare loquitur de Religioso sub Abbatis obedientia manente, cuiusque regulis astricto, atque ita eam rationem reddit, ne detur Monachis materia vagandi dimillo habitu, eo quod a nemine cognoscuntur, quae in Episcopo Religioso deficiunt; vt poterit non est sub regulā obedientia, & induens Episcopalem habitum minus aptus erit ad euagandum, & ita hanc sententiam loquens de Episcopis teneri etiam Rodriguez in qq. regul. tom. 2. q. 58. art. 3. Tappia in auth. ingr. ver. sua, cap. 6. num. 61. C. de sacrof. Eccles. Lopez de Texeda tom. 1. lib. 2. tract. 1. contr. 2. num. 14. & alijs.

RESOL. LXXXVII.

An Cardinalis Religiosus possit esse compater in Baptismo, & Confirmatione? Idem dicendum est de Episcopis Religiosis? Ex part. 5. tr. 2. Ref. 67.

§.1. Vamus Imola in Clem. 1. n. 2. de statu Monach. Sup. contento in hac Ref. in tom. 1. tr. 2. Ref. 21. §. viii. in fine, & in Ref. 22. §. 1. prope finem, & §. penult.

Quidat posse licet Episcopis hanc compatriitatem non suscipiendo, sed baptizando; unde idem videtur dicendum de Cardinalibus: tamen ego puto absolute posse Episcopos & Cardinales tenere in Baptismo, & sic eam compatriitatem contrahere, & patet exemplo Gregorij, qui ex Religione promotus ad Cardinalatum factus est Mautitij Imperatoris compater, & ita de Episcopis docet Rodriguez in qq. regul. tom. 2. quest. 58. art. 3. Barbosa de officio Parochi, cap. 18. nu. 32. & de Cardinalibus idem Barbosa in iure Eccles. lib. 1. cap. 3. num. 26. Sanchez in summa, tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 34. & ratio est, quia in Episcopis, & Cardinalibus non subest familiaritatis nimis periculum, & inde incontinentia, ex quo Canones hoc officium facere Religiosis prohibuerunt.

RESOL. LXXXVIII.

An Cardinales ex licentia Summi Pontificis possint testari de bonis perceptis Cardinalitatis Galeri? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 50.

§.1. Negat Barbatia de Card. q. 4. num. 7. vbi sic ait. Si queritur utrum Papa possit concedere potestatem testandi Cardinalibus de rebus quæstis intuitu Cardinalatus, & videtur dicendum, quod potest haberi, habet enim potestatem supra ius positum, c. innotuit, de elect. cap. proposuit, de concess. prob. cum similib. Sed iura positiva prohibuerunt Clericos, Sacerdotes, Episcopos, Cardinales, & similes posse testari de rebus quæstis ab Ecclesia: ergo Papa potuit circa illa iura dispositiva dispensare, & propter hoc seruatur communis moderna obseruancia, in quo videmus Summum Pontificem concedere huiusmodi potestatem. Aut queritur, utrum Papa possit concedere potestatem Cardinalibus testandi super rebus quæstis ex Cardinalatu, relinquendo illas extraneis, & preferendo eos Ecclesia, & tunc si hoc facere potest, ipse Deus iudex, qui omnia nouit, iuxta illud: Nouit ille, qui nihil ignorat. c. nouit, de iudic. subiectio tamen in decisione sanctæ matris Ecclesiæ: & pondera etiam, quia licet Papa concedat facultatem testandi Cardinalibus de rebus quæstis intuitu Cardinalatus, debet restringi, & limitari illa potestas, videlicet ad benè meritos, ut superius in precedenti questione dixi, vel ad pias causas, seu ad elemosynas.

2. Verum his non obstantibus affirmatiuam sententiam docet Azorius tom. 2. lib. 4. cap. 3. qna. 6. quia haec bona Cardinalibus non dantur ratione Ecclesiæ vel beneficij Ecclesiastici, sed simpliciter ratione muneris & officij, quo apud Pontificem funguntur. Sed in hoc attendenda est consuetudo Romanæ Curiae.

RESOL. LXXXIX.

An Cardinales in testamentis gaudeant prouilegio Militum? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 51.

§.1. Suppono prouilegium militum consistere prius circa formam & solemnitatem testamenti, vt septem testes non requirantur, sed duo solum, vel ad validandum dispositionem, si miles testetur in castris extra conflictum bellii, vel ad verificandum scripturam militis testamentum facientis in conflitu bellii, vt superius dictum est. Secundò circa substantiam & efficaciam dispositionis, quia miles potest decedere